



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

Ixxii. Ad vlcera crebris tumoribus exasperata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

vnum misceto, eaque cibatui præbeto ex carne hircina per tres dies aut quatuor.

Ad ulcera crebris tumoribus exasperata.

Hoc remedio auxiliabere. piperis vi-ginti duo grana, folij Indici, nardi spicatae, foliorum petroselini Macedonij, singulorum scrupulos duos, euphorbij, costi, singulorum scrupulum. omnia terito, misceto cum melle, hisq. palatum accipitris fricato ad solem, & ad horā prandij sumito butyri treis partes, mellis partem vnam, Balsami partem alteram; simul terito, & cum prædictorum puluere commisceto, eaque commista ex cibo calido præbeto, & sanitatem afferes.

Ad eum, qui decidit in aquam cum ansere.

Ossa palmarum aqua conspergantur per diem vnum; die insequenti terantur; adjicantur piper album, & nigrum, pedicularia, nardus spicata, Indica spica. omnia æqua portione terantur. sumatur etiam butyrum, axungia anatum, & suilla pari pondere contusa, in offulas agglomerata accipitri dentur, & nihil frigoris sentiet. Vel offas illi dato rosaceo oleo con-spersas, & protinus frigus illi pelles.